

XVI


F28

S.^{MI} D. N.

G R E G O R I I
P P. X I I I I

Reuocatio ac moderatio indultorū
S. R. E. Cardinalium

Super collatione beneficiorum.



R O M A E , Apud Paulum Bladum Impressorem
Cameralem . M. D X C I .



Auctissimus in Christo
Páter & D.N. D. Gre-
gorius diuina proui-
dentia Papa XIII. ex
quibusdam cōtra dis-
positionē iuris communis S.R. E. Car-
dinalibus super collatione beneficio-
rum Ecclesiasticorum apud Sedem
Apostolicam vacantium concessis in-
dultis, & facultatibus sæpenumero im-
peditus, quominus solitam Sedis hu-
ius benignitatem erga pauperes, &
benemeritos liberaliter exercere pos-
sit: ac simul volens litibus obuiare,
quæ super illorum interpretatione o-
riuntur, fe. rec. Pij Papæ Quinti
sui Prædecessoris vestigij in hac par-
te inhærendo, omnia, & quæcunq;
indulta, concessiones, facultates, &
priuilegia conferendi quæcūq; apud
Sedem Apostolicam vacantia, aut
in po-

R.99074

in posterum vacatura beneficia Ecclesiastica cum cura , & sine cura , secularia , & quorumuis ordinum regularia quomodocumque qualificata ad collationem , prouisionem , præsentationem , electionem , & quamcunq; aliam dispositionem tam dictorum Cardinalium ratione Patriarchalium , Metropolitan. & aliarum Cathedralium Ecclesiarum , non tamen earum quibus in titulum , aut denominacionem sui Cardinalatus præsunt circa quæ aliquid de nouo disponere non intendit , necnon Monasteriorum , Prioratum , dignitatum , & aliorum quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum , quæ quomodolibet obtinent , & in posterum obtinebunt , ac etiam quorum collatio , prouisio , & quæuis alia dispositio illis ex causa factæ per eos cessionis regiminis , &

A 2 admi-

administrationis, seu cōmendæ , aut
resignationis Ecclesiarum , Monaste-
riorum , & aliorum huiusmodi bēne-
ficiorū , Apostolica auctoritate reser-
uata , &c existit , vel in posterū reser-
uabitur; quām etiam aliorum quorum
cumque inferiorum collatorum , aut
collaticum , coniūctim vel diuīsim ,
de iure , priuilegio , cōsuetudine , aut
aliās quomodolibet pertinentia , ac
etiam illa commēdandi , ac aliās de
eis disponendi , vel de consensu ipso
rum Cardinalium rēquirendo in pro-
uisione eorūdem beneficiorum apud
Sedem prædictam , vt præfertur , va-
cantium per Sanctitatem suam faciē-
da , & quōd sine consensu huiusmodi
factæ prouisiones , aut quæuis aliæ di-
spositiones nullæ , & irritæ sint , omni-
bus , & singulis Cardinalibus prædi-
ctis per quoescumq. Rom. Pontifices ,

ac

ac Sanctitatem suam , & dictam Sedē
etiam Motu proprio , & ex certa sciē-
ta , deque Apostolicæ potestatis ple-
nitudine , & consistorialiter , ac etiā
ex pactis inter dictos Pōtifices & Car-
dinales diuersis temporibus factis , fir-
matis , & iuratis , ac quibusuis onero-
sis , & alijs causis concessa , etiam ite-
ratis , aut multiplicatis vicibus ap-
probata , innouata , ac extensa , qui-
buscunq; concepta formulis , ac etiā
restitutiuis , mentis attestatiuis , præ-
seruatiuis , derogatoriarum deroga-
torijs , alijsq; efficacissimis & insoliti-
s clausulis , necnon vim contractus
inducentibus , ac irritanti , & quòd si-
ne eorum consensu derogationes pro
tempore factæ nemini suffragentur ,
alijsq; decretis suffulta : Quorū om-
nium tenores Sanctitas sua haberí vo-
luit pro expressis , specialiter , & ex-
pres-

pressè reuocauit ; literasque Aposto
licas desuper confectas , & quoad ea,
in quibus illa effectum nondum sor-
tita erant , & indesecuta quæ cumq;
cassauit , annullauit , viresq; , & effe-
ctum de cætero nō habere decreuit :
salua tamen remanente facultate con-
sensus per ipsos Cardinales in pro-
visionibus Apostolicis beneficiorum
per obitum familiarium continuorū
commensalium eorundem Cardinali-
um , etiam apud Sedem prædictam
vacantium , præstandi , iuxta formam
Regulæ Cancellariæ Apostolicæ su-
per hoc editæ , & in casibus tātum in
ipsa Regula expressis . Volens ulte-
rius quòd eadem beneficia per obi-
tum familiarium continuorum com-
mensaliuin eorundem Cardinalium
posthac tam apud eandem Sedem ,
quām extra Rom. Curiam vacantia ,
etiam

etiam si ad alicuius alterius Cardina-
lis collationem , vel aliam dispositio-
nem pertinere deberent, etiam si tunc
cessent aliæ Apostolicæ reseruationes,
hactenus editæ , nilominus in po-
sterum dispositioni Sanctitatis suæ re-
seruata censeantur : itaut in prouisio-
nibus talium beneficiorum super ex-
peditionibus literarum illius Cardinalis , cuius familiaris defunctus ex-
titit , si ipse Cardinalis tunc præsens
in eadem Curia fuerit , consensus
requiri omnino debeat , non autem
beneficia huiusmodi ad collationem ,
seu quamvis aliam dispositionem Car-
dinalis ordinarij collatoris ullo mo-
do pertineant , nec eiusdem Cardi-
naloris ordinarij collatoris , etiam si in
Romana Curia præsens fuerit , con-
sensus quoquomodo requiratur. Eas-
demq. Constitutiones, & Regulas Cā-
cel-

cellariæ , etiam declaratorias super beneficijs familiarium prædictorū Cardinalium æditas tam quoad Cardinales indulta huiusmodi habentes quam non habētes, atq; adeo indulta ipsa ad terminos præsentis constitutionis reduxit , & moderatus fuit. Decernens sic in ijs, cæterisq; omnibus præmissis per quoscunq., &c. etiam causarum Palatij Apostolici Auditores , & eosdem Cardinales, sublata , &c. nec non irritum & inane quicquid secus super his per quoscunq; etiam prætextu facultatum , indultorum , & concessionum huiusmodi scienter , vel ignoranter contigerit attentari , prædictis, & quibusvis alijs Regulis , Constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis , cæterisq; contrarijs quibuscunq; non obstantibus.

Placet publicetur & describatur N.